

# Der Gebrauch des Konjunktivs

## De descenso ad inferos (2) - continuatio

Stupuit Pluto, ut homo huc vivus invasisset: »Interrogo te, qua via nostrum regnum invaseris quoque animo legem aeternam deorum laedas.«

Orpheus: »Interrogas me, Pluto, cur huc venerim. Certe non in Orcum descendi, ut haec loca taetra<sup>1</sup> ante tempus viderem.

- 5 Causa viae coniunx est mea. Interrogo, cur Eurydice nova nupta<sup>2</sup> mihi rapta sit. Dolorem tolerare non potui: Vicit Amor! Qui deus etiam his locis non est ignotus, nam te quoque Proserpinamque iunxit amor, ut fama est.

Non ignoro nos homines serius<sup>3</sup> aut citius<sup>4</sup> ad sedem venturos vestram atque omnibus hanc domum ultimam esse.

- 10 Nonne Eurydici mihi que licet huc venire tum, cum numeros annorum iustos expleverimus<sup>5</sup>?« - Et canebat lyra amorem doloremque suum.

Movetur animus Plutonis, movetur animus Proserpinae: Eurydicem vocant. Orpheum ad lucem praecedere<sup>6</sup>, Eurydicem post eum incedere<sup>7</sup> iubent, sed addunt legem duram: »Ne retro flexeris oculos in itinere! Aut omnia irrita<sup>8</sup> erunt.«

- 15 Praecedebat Orpheus per viam arduam<sup>9</sup>, obscuram<sup>10</sup>, longam. Iam non iam procul aberant a porta Taenaria, iam lucem solis videbant, cum ille desiderio<sup>11</sup> commotus uxorem videre cupivit, oculosque retro flexit.

Frustra Eurydice manum mariti tangere temptavit; ultimum »Vale!« dixit.

Rediit ad inferos nimio mariti amore iterum necata.

## Adnotationes

1 taeter, taetra, taetrum - schändlich, hässlich | 2 nupta, ae (f) - Braut | 3 serius = Komperativ zu sero - spät | 4 citius = Komperativ zu cito - schnell | 5 explere (expleo, explevi, expletum) - hier: erfüllen (im Sinne von: erreichen) | 6 praecedere (praecedo, praecessi, praecessum) - vorausgehen | 7 incedere (incedo, incessi, incessum) - schreiten, gehen | 8 irritus, irrita, irritum - erfolglos, vergeblich | 9 arduus, ardua, arduum - steil | 10 obscurus, a, um - dunkel, finster | 11 desiderium, i (n) - Sehnsucht

Qui nihil scit,  
omnia credere debet!

HK 2018/2019

